

videant, oderunt suam Terpsichoren, & sese frustra tot labores susceptos hactenus perutiliter
arbitrantur. Sunt etiam in his quos adhuc exerceo quidam optimis præditi ingenijs & iam
maturi disciplinis altioribus. At, quo tandem se recipiant? Gallia peruiua non est: a vobis
absterrent immanes sumptus. Witebergæ Religionis corruptela omnes cathedras occupauit.
Itaque partim ad scholam Logisticam, ad mercatum, ad naues sese inclinante, partim iam a
nobis apostasiam fecerunt. Aliquid scilicet mali, propter vitium malum? Sed hæc hactenus.
Liberos meos grauiter afflixit pustularum morbus, qui multos hic pueros extinxit. filiola
mea recreari cepit, filius adhuc affixus hæret. DEi beneficentiam expecto, eius meos mihi
eritoridia commendo. Jam pridem multis funeribus deformatus, animum obfirmavi: & plur-
imis ærumnis defunctus, quod necesse est, ad nouos impetus sustinendos attingor. Patiamur
lubentes vel in nihilum nos redigi modo uiuat in nobis Christus. Ego & uxor ualemus,
ut res dant sese, ita contrahere misigsumus. Misto Epitaphium Doctoris Alberti,
ut res dant sese, ita contrahere misigsumus. Misto Epitaphium Doctoris Alberti,
rem in se exiguum: sed tamen gratiam Cui spero tibi futuram, propter tam excellentis
viri ~~me~~ recentem memoriam. Neque te offendet, quod patriam tuam perstringere videor:
Synecdochie est in eiusmodi reprehensione, quæ tangit eos modo: qui contumeliæ auc-
tores fuere. Det Dominus & mihi felitem emigrationem, ut sit, cui epitaphium scribas.
Vale. Dionysij. Bredæ. 1574 . Iohannes Mosanus.

D. Herberto a Langey.
A. Arre Fortemida.

No. 257) Clariss. vir. Etsi mihi subinolestum fuit, quod penè ultimus tuorum familiarium
rescui, quantum tibi euenisset boni: vero tamen & solido gaudio tua causa de-
[No. 221] libutus fui, cum ex tuis literis intellexi, talem tibi vitæ sociam, integra ætate &
forma, honestam, piam, tuig; simillimam incredibili bonitate Dei Seruatoris
nostri, donatam esse. Nunc credo tandem intelligent nostri Censores, sapi-
enter abs te factum et consilio salutari, quod abiectis è manu veneficis
beneficijs prorsus ab isto Ambubiatarum collegio totus & integer secessisti.
Vident approbari Domini benedictione, quod improbi corruptiq; iudices
institabantur. calumniosè in se diuina bonitas perficiat, nempe vt coniugium vestrum fœ-
Equidem confido futurum vt be- cundum, et fructuosum reddat. Equidem Ita fiet, vt pro hereditate Petri quam
neficientiam suam eodem tenore istis habendam & fruendam reliquisti: contingat tibi hæreditus Domini, pu-
ta filijs, & pro nummis manalibus. Domini merces, nempe fructus ventris.
At enim dicent collegæ, nascuntur & nobis liberi (quis hoc inficietur? Contin-
git enim & malis venatio (vt est in prouerbio) Deus pluit super iustos, &
super iniustos. Sed non est beneplacitum Domino, nisi super timentibus
eum, neq; promittitur benedictio, nisi generationi iustorum. ΑΜΑ ΤΑΙΣ
ΟΙΟῦ Εἰ ποῦνασι καὶ τοῦ. Franciscus Francken amicus frater in Domino.
Homo feruens Zelo & Spiritu Christi, dum oberrat per Hollandiam spar-
gens Euangelium vitæ: correptus pestilentia Naturæ satisfecit. Moriatur
anima mea morte iustorum. Tres videlicet antecesserunt, Cornelius, Iohan-
nes, Franciscus, Alberti successores, quibus me quartum Dominus ante an-
nos undecim adiunxit, tanquam pro auctario, vt illis illi in populo, ego

in petulanti Iuuentute, huic Reipub. operam daremus. Qualem illi exitum habuerint video: 1735
quid mihi sit expectandum non ignoro. Habet nunc Brema maiorem bonorum Ministrorum
copiam, quibus longè maior inest auctoritas. Et tamen nescio quo fato in repur-
ganda Christi area, tantumdem nobis succedit. Illi suos Antagonistas in singulis habebant
templis. Hic septem viri unanimis, unum habent aduersarium Iudocum glanionem.
Illis. 4. Consules, omnes fere Senatores manibus & comminationibus refragabantur:
hi nunc fauentem habent totum consessum Senatus, neque proficiunt hilum. usque
adeo frangere est proclivius, quam corrigere, quæ in prauum induruerunt. Sed
alibus in nostris quæ praua aut recta geruntur. Ego in Schola plus oneris
sustineo: quam cui queam esse ferendo, crescente semper ætatis ferocia, quæ
popularibus contagiis quotidie augetur: non video quibus consilijs tam effra-
nes turmas intra metas suas retinere possim. Fertur equis auriga, nec au-
dit currus habenas, sæpe ipse mihi suggero tuas exhortationes, ut faciam
scilicet quod queo, & quantum ^{possum}; cetera Domino permittam. Ego
bonitatem tot iam annorum experientia mihi competentem, quotidie sup-
plex imploro, ut meos in vocatione, conatq; ad suam gloriam prosperet,
puerisq; salutares faciat. Amen. Eidem te quem ex animo diligo cum
honestissima tua coniuge ^{et filiis} sororibus serio cordis affectu commendo.

Vale, postidie Idus decembr. 74. Bremæ.

Iohannes Molanus.

PAX CHRISTI

M. Jacobo Commelino.

238 Nr. 238 Cum nunc paulum off. habeam. Commeline suauissime. vellem mihi ita ve-
nuper rogarum, mea quærimonia reddita fuisset. dera si ~~est~~ aliquid fortasse ipsius
febris: ~~ipse~~ aut, quod vos facturos speraueram; nonnullas ~~in~~ maculas
eluissem. Primum eius manum iam pridem inter proiectas chartas amisi, p. 12.
neq; de alijs rebus agendis intentus sum, omnem illius carminis vul-
tum obliuio ~~deleuit~~. Hæc obsecro, si per amicum fidellem fieri potest,
ut redeat iam tandem ad veteris præsepe. hac tamen lege, ut limatius re-
deat, & aliqua negotij sui gratia commendatur. Tua familie, cala-
mitas me et meam coniugem magnopere, inopere, dolore affecit. Sic est serrato:
vis nostri ingenij, inimicis acerrime indignos prementibus: accedit ipse, ad extremum
fauquam oppressurus. Sares et te et Polyandrum Graerum nostrum exaniter
commoueret.

[= Act. 2. 12.]

Nr. 225]